

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

D.Leonhardo Fuchsio medico, Philippus Melanchthon S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

iuueris, magnum cumulum accepisse putabo ad ea beneficia, quibus iam olim abs te sum affectus. Et ego fretus tua erga me humanitate, cum adhuc essem apud Mutianum Gotthæ, libentius nunc ad te scripsi. Bene uale. Pridie Augusti. Anno 1542.

D. Leonhardo Fuchio medico, Philippo Melanchthon S. D.

*Philh. Am. XII, 636*

Et propter ipsam rerum noticiam, et propter posteritatem, gaudeo crescere tuos hortos, longè a-macniores et utiliores Hesperidum hortis. Quis enim non lætetur rerum naturam fieri notiore, cuius consideratio mentes ad uirtutem et philosophiam fleclit, et multa uitæ presidia ostendit. Erudient autem et posteritatem hi tui hortus, quia plantarum nomenclaturas et figuras optima fide tradis. Quare gratiam et tibi Respublica debet, et passim boni et prudentes hunc tuum honestissimum laborem laudant. Eisi autem optatim eum candorem esse ingeniorum, ut bene meritis honos haberetur, et *αἰσίου μὲν ἄνευ* sine liuore et sine maledictis emendantur: tamen uetus est illud,

*ἔχ' ὄντα γοῦν ἐλκεῖ βέλτερον ἀλλόλοισ.*

Vidi libellos contra te editos, et ingenui, ut puelle flosculos in hortis decerpunt, et sine odio certant inter se, ut quælibet sua coronæ thoros uenustissime distinguat et ornct: ita nos in collatio-

ne herbarum decuit. Ego diu iam, etsi multi aduersus me scripserunt, tamen respondi nemini. De re dixi, quantum uel necesse fuit, uel potui in ijs locis, ubi explicatio instituta fuit, sine mentione ullius antagoniste. Et hac philosophia perpetuo utar, ac iudicium prudentibus relinquam. Te etiam adhortor, ut cum iudicijs multorum intelligentium tuum opus quibus probetur, acquiescas: neque moueas, si qui Momi pagellam unam atq; alteram taxat, nec cum eis certos uerborum contumelijs. Valerium Cordum, Cordi filium, ingeniosum iuuenem, & in inquisitione totius naturae mirè diligentem amissimus. Nam Romae scribunt mense Octobri mortuum esse. is de tuo opere sepe honestissimè loquebatur. Mortem eius uerioribus lachrymis deploramus, quam Bionis interitum deplorat Theocritus. De Cordo enim uerius illa dici possunt:

ἄρ' ἠόωνθε τελέα τὰ σά γράμματα, ἐν πλείον ἄν.

Multas naturae partes adhuc ignotas, si uixisset, erutas ostēdisset. Tu nequaquā in Italiā te attrahi sinas. Ne quidē si, ut ad Artaxerxē Hippocrates uocabatur, amplissimis promissionibus inuitare. Ioachimus Lypsiae feliciter instaurauit Academiam ἑσ̄ βουδύτρος. Cum autem difficile sit patriam milās sepe mutare sedem, non arbitror nunc quidem ad uos rediturum esse. Sed de suo consilio scribet ipse. Bene & feliciter uale. Die natali filij Dei,  
qui

qui dies cum annum ordiatur, ex animo Ecclesie  
Dei et eius hospitij, et tibi et tue domestice Eccle  
siae, annum tranquillum, faustum et felicem opto.

Reuerendo uiro, eruditione & pietate pre  
stanti, domino Georgio Buchholtzero,  
docenti Euangeliū in Ecclesia Dei in ur  
be Berlina, amico suo charissimo,  
Phil. Mel. S. D.

Reuerende uir et amice charissime: Venit huc  
tabellarius ducis Vuirtebergēsis Caspar Schubart  
Cygneus, modestus homo, qui attulit Brentianam  
declarationem, in qua ostendit Brentius nomina  
tim, quas corruptelas Osiandri improbet. Mittam  
uobis exempla, ubi descripserimus. Idem nūcius e  
pistolam habet scriptam ab illustrissima cōiuge du  
cis Vuirtebergensis, ad illustrissimam sororem, ut  
mibi quidem uidebatur foris aspicienti inscriptio  
nem. Iussi igitur nunciū ipsum istuc proficisci: quia  
hoc genus literarū singulari diligentia et fide exhi  
bendum est. Petetis etiam responsonem: omnino  
gratificandum est mutue pietati sororum. Me ha  
tenus impediuit editio Locorū doctrine Christia  
nae Germanica, quod minus Stancaricā responsonē  
absoluerim. Sed nunc rursus eam in manib. habeo.  
Exempla Locorū uobis mittam, cum typographus  
absoluerit. Nunc mitto alium libellum, non uestra  
lection